



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

XLV. Papst Jnnocenz IV. fordert den Markgrafen von Brandenburg auf, zur  
Erhebung des Königs Wilhelm zum Kaiser, Beistand zu leisten, am 19.  
Februar 1251.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

**XLIV.** Herzog Barnim von Hinterpommern tritt dem Markgrafen Johann von Brandenburg für das Land Wolgast das Uferland ab und bekennet, daß er nebst dem Herzoge Wartislaw seine sämtlichen Länder von dem Markgrafen zu Lehn trage, selbigem auch zu dienen verpflichtet sey, im Jahre 1250.

Nos barnim, dei gratia dux flauorum, recognoscimus et presentibus protestamur, quod cum nos castrum et terram wolgast, que ad filios domini nostri Johannis, marchionis Brandenburgensis, iure fuerant hereditario deuoluta, contra iustitiam occupassemus, et detineremus indebite occupata, ac proinde utriusque domini nostri gratia careremus, nos, cum amicis et fidelibus nostris ad ipsorum presentiam accedentes, placitauimus, eorundem obtinentes gratiam, in hac forma, quod nos ipsis dominis nostris marchionibus, pro recompensatione castri et terre wolgast, terram, que vkerá dicitur, cum decimis et omnibus attinentiis, quas nos habuimus in eadem, liberaliter dimisimus usque ad terminos inferiorius annotatos, a flumine videlicet, quod wilfna dicitur, usque per medium paludis, qui dicitur randowa, a medio randowe usque per medium fluminis, quod dicitur lokeniza, a medio lokeniza usque ad flumen, quod dicitur vkerá, a flumine isto per directum ex transposito usque in flumen, quod dicitur zarowa. Quidquid autem dominus caminensis episcopus in predicta terra vkerensi iuris hactenus habuit, non dimisimus dominis marchionibus antedictis. Nos autem, recognoscentes nos omnia bona nostra a dictis marchionibus feodaliter tenere, castrum et terram wolgast et insuper omnia bona nostra, una cum consanguineo nostro domino warlao, manu coniuncta recepimus ab eisdem. Nos etiam ipsis marchionibus contra quoslibet seruitii nostri prestabimus auxilium, ubi saluo honore ipsis obsequia poterimus exhibere. Vt autem hec premissa inuiolabiliter obseruemus etc. Datum apud landin, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. L<sup>mo</sup>.

Nach dem Copialbuche des K. Geh. Kabinet-Archives C. 4. in quarto, Blatt 55. — Abdrücke in Gercken's Cod. dipl. Brand. T. I, p. 242 und in von Dreger's Cod. dipl. Pom. I, 324. 325.

**XLV.** Papst Innocenz IV. fordert den Markgrafen von Brandenburg auf, zur Erhebung des Königs Wilhelm zum Kaiser, Beistand zu leisten, am 19. Februar 1251.

Innocentius — Marchioni Brandenburgensi. Fidelium mater Ecclesia dudum in uotum habuit, quod inter nobiles et sublimis personas etc., quia quondam persecutor Ecclesie Fredericus metuendus tibi sicut et multis aliis occurrebat. Quia uero diuina prouidentia faciente, ipso sublato de medio, plena undique libertas occurrit, ut quod olim in mente latuit deuotorum, nunc ad honorem Dei et Ecclesie per effectum operum elucescat, nobilitatem tuam omni, qua possumus, affectione rogamus, in remissione tibi peccaminum iniungentes, quatinus duce salutis angelo, te ducem egregium et famosum, ad illa dirigens, per que sancta mater ecclesia gaudii plenitudine perfundatur, carissimo in christo filio nostro W., illustri Regi Romanorum, sublimando in proximo ad fastigium Imperialis honoris, in quem liberaliter et

laudabiliter sicut decuit a sue promotionis initio consensisti, nulla tarditate interposita, studeas sincera et efficaci deuotione placere, ac prestes eidem fidelitatis debite iuramentum, et sibi patenter ac potenter assistas. — Datum Lugduni, XI. Kalendas Martii, anno octauo.

Aus einer Abschrift des Vaticanischen Ges. Archives, Epist. Innocentii IV. Anno VIII. Ep. 570. T. II.

**XLVI.** Der Römische König Wilhelm zeigt dem Rathe und der Bürgerschaft in Lübeck an, daß er die Markgrafen von Brandenburg mit der Stadt Lübeck belehnt habe, und fordert sie auf, die Markgrafen als Herren anzuerkennen, am 25. März 1252.

Wilhelmus, dei gracia Romanorum rex, semper Augustus, Consulibus totique Vniuersitati Burgensium in Lubeke gratiam suam et omne bonum. Vniuersitati vestre uolumus esse notum, quod nos Nobilibus uiris, dilectis principibus nostris, Marchionibus de Brandenburg, ob eorum fidei constanciam et deuocionis puritatem, ac eciam feruicia quam plurima et labores, nobis et Imperio sepius per operis euidentiam exhibitis, contulimus ciuitatem Lubeke, de communi consilio principum Imperii et assensu, cum omnibus attinenciis et iuris integritate, quemadmodum in priuilegio, ipsis a nostra excellencia super eo indulto, plenius est expressum, pheidali titulo perpetuo possidendam: uobis mandantes singulis, ac precipientes generaliter uniuersis, quatinus ipsis in omnibus hiis, que ad iurisdictionem Imperialem pertinent, obaudiatis et obediatis fideliter, tamquam nobis, recipientes ipsos et habentes pro dominis, debitam ipsis exhibentes reuerenciam et honorem. Datum Brunenswik, VIII kal. Aprilis, X Indictione.

Aus der Lübeckisch. Urkunden-Sammlung I. Nr. CLXXXI.

**XLVII.** Hugo, Cardinal und apostolischer Legat, trägt den Bischöfen von Schwerin und von Havelberg auf, die Stadt Lübeck zur Anerkennung des Königs Wilhelm, da auch der Herzog von Sachsen und der Markgraf von Brandenburg denselben nachträglich anerkannt hätten, so wie zum Gehorsam gegen die Markgrafen von Brandenburg, anzuhalten, am 25. März 1252.

Venerabilibus in Christo fratribus, Dei gratia Suerinensi et Havelbergenfi episcopis, frater Hugo, miseratione diuina titulo sancte Sabine Presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in domino caritatem. Licet excellentissimus dominus Wilhelmus, Romanorum Rex, semper Augustus, olim fuisset a principibus, quorum intererat, legitime in regem electus, a summo pontifice, ad quem pertinet ipsius electionis confirmatio, confirmatus, et in Aquis in Regem solempniter consecratus et regali diademate coronatus; tamen, quia se aliquot ciuitates et oppida excusabant, dicentes, quod eidem domino Wilhelmo non debebant intendere tanquam Regi, pro eo, quod nobiles principes dux Saxonie et Marchio Brandenburgensis, qui vocem habent in electione predicta,